

Band III., Nr. 738, Seite 223-225

Abt Konrad von St. Gallen lässt die zwischen ihm und dem Propst und Kapitel der unter seine Gerichtsbarkeit gehörigen Kirche in Faurndau obschwebenden Streitigkeiten durch eine von Abgeordneten an Ort und Stelle selbst vorgenommene Untersuchung entscheiden.

St. Gallen, 1228. März 29.

Cuonradus, dei gratia abbas sancti Galli, et conventus loci eiusdem omnibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in eo qui salus est omnium. Cum in districti examinis die de hiis que regimine nostro sunt commissa et de talento nobis credito nos oporteat respondere et domino concedente condignam reddere rationem, dignum duximus ecclesie de Furinduve ad nostram iurisdictionem pertinentis^a, per correctionis et reformationis beneficium subvenire, ne propter diversas, quas loci eiusdem canonici habebant, discordias locus ipse divino destitueretur officio et temporalium gubernatione. Noverint igitur universi, cum inter nos, ex parte una, et . . . prepositum et capitulum de Fur[n]dowe^b, ex altera, questio verteretur super electione prepositi et canonicorum loci eiusdem, quod nos super hoc et alia legatos nostros, videlicet B. prepositum ecclesie nostre, et magistrum W. canonicum Curiensem transmiserimus ad locum et coram ipsis allegatum extiterit et iuramento firmatum, quod dicti canonici tam in eligendo prepositum sive canonicos liberam debe[a]nt habere electionem et quosque electos eorum nobis debeant presentare et nos, cause meritis cognitis, electionem ipsorum, secundum quod iustum fuerit, aut debeam^c confirmare vel infirmare. Qui autem super hoc iuraverunt sunt hii: ipse B. prepositus de Furindowe, R. prepositus et F. canonicus de Bolle, E. decanus de Stophin, B. plebanus de Lotinberc, A. plebanus de Ebirsbach, F. plebanus de Huningen, B. et W. presbiteri. Porro suprascripti . . . prepositus et canonici fide corporali prestita promiserunt, quicquid memorati legati nostri supra omnibus aliis pro quibus questio inter eos esset statuerent, quod hoc ratum firmiter observarent. Statutum namque extitit quod dictus prepositus in VI sollemnitatibus tantum: phascha^d, adventu spiritus sancti, assumptione, nativitate beate Marie virginis et in dedicatione ipsius ecclesie et in exequiis presentium funerum debet habere medietatem oblationum et alteram medietatem canonici personaliter

^aLies: *pertinenti*.

^bIm Original steht hier *Furdowe*.

^cLies: *debeamus*.

^dSo das Original.

II

in divinis offitiis ibidem existentes. Item dictus prepositus et quilibet supradictorum canonicorum debebunt in dicta ecclesia in suo ordine in divinis offitiis ministrare, aut si contigerit aliquem abesse, idem debeat pro se constituere vicarium sui ordinis, quemcumque voluerit, preter canonicum, qui medio tempore vicem suam gerat ibidem. Ad hec etiam dicti canonici singulis canonicis horis debent interesse personaliter aut preter canonicos aliqui alii vices eorum gerentes, et infra limina ecclesie nonnisi in canonicali veste et tonsura clericali incedere debebunt. Prepositus itaque debet regere populum in omnibus spiritualibus, remedia animarum, si qua sibi deputantur specialiter, ad manus proprias ea recepturus, et privatis diebus, si que oblationes sibi offeruntur, eas ipse integraliter percipere debeat, nec in capella de Lebenhusen quisquam canonicorum divina scelebret^e preter licentiam dicti prepositi specialem, set in hac parte et aliis factis ipsi preposito debent intendere et reverentiam exhibere. Preterea canonici qui redditus prebendarum suarum ad presens obligaverunt, ipsos redditus infra biennium redimere, nec de cetero obligare debebunt, nisi hii qui ad studium aut in peregrinatione vel pro negotiis ecclesie de communi fratrum assensu admitti procuraverunt proficisci. Alioquin qui secus egerint, illorum prebendarum redditus debet prepositus convertere in solutionem eorundem reddituum et ipsis obligatoribus medio tempore nichil amministrare, nichilominus quoslibet canonicorum pro aliis negligentis secundum ecclesie consuetudinem puniendo.

 Actum in presentia supradictorum hominum et A. advocati et aliorum multorum.

 Ad huius itaque facti et constitutionis perhennationem et robur perpetuo valiturum presentibus litteris sigilla nostra precepimus adponi. Datum aput sanctum Gallum, IIII. kalendas Aprilis, anno incarnationis domini M. CC. XXVIII., indictione prima.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An grünen und gelben Seidenfäden sind zwei runde, in Säckchen eingenähte Siegel befestigt.

^eSo das Original.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen FF.3.Z.4.

Editionen:

HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 3, 864; Chartularium Sangallense, hrsg. von der Herausgeber- und Verlagsgemeinschaft Chartularium Sangallense (Historischer Verein des Kantons St. Gallen, Staatsarchiv, Stadtarchiv, Stiftsarchiv St. Gallen), bearb. von Otto P. Clavadetscher, Bd. 3 und 4, Sigmarin, Bd. 3, S. 161 f., Nr. 1151.

Regesten:

Bündner Urkundenbuch, Bd. 2, 671.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Format:

31 x 30 cm

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

St. Gallen

Aussteller:

Konrad; Abt von St. Gallen (1226-1239)

Ortsindex:

Boll : Bad Boll GP
 Chur, Kt. Graubünden, Schweiz
 Ebersbach an der Fils Wohnplatz (674)
 Ebersbach an der Fils, GP
 Faurndau Wohnplatz (722)
 Faurndau, Göppingen, GP
 Heiningen Wohnplatz (753)
 Heiningen, GP
 Hohenstaufen (Burg) Wüstung (21669)
 Hohenstaufen (Burg), Göppingen, GP, W
 Jebenhausen Wohnplatz (729)
 Jebenhausen, Göppingen, GP
 Lotenberg Aufgegangen (33828)
 Lotenberg Wohnplatz (692)
 Lotenberg, Eschenbach, GP
 Lotenberg, aufgegl. in Heiningen GP
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz